

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Contra idola, & de Dei glorificatione. Cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII DE VITA

præmiis longè superarēt. Idemq; cum accepisset apud Persas frequentes esse Dei ecclesiās : & infinitum penè populi, Christi gregibus contineri : non mediocri ex hac fama affectus voluptate, vtpote quem communis quædam omnium cura tangeret : de iis etiam solitus erat.

*Constantini Augusti ad Saporem Persarum regom summos
cum pietate & religione Deum & Christum
consentientis.* C A P. IX.

Exemplum epistolæ ad Regem Persarum.

Diuinam fidem conseruans, veritatis luce perfruor : & huius veritatis luce ductus, diuinam fidem intelligo. His igitur vt res ipse confirmant sanctissimum Dei, cultum percipiens, hanc colendi rationem quasi magistrum, me habere profiteor ad cognitionem sancti Dei. Huius, Dei vim & potentiam auxiliarices meorum bellorum natus : ab ipsa ultima oceani ora exorsus, vniuersum inde orbem firma & salutari spe erexit : ita vt omnes gentes quæ, tot tyrannorum dominatu oppressæ, dum quotidianis calamitatibus cederent, prope extinctæ essent, mea opera mensque laboribus ad commodiorem statum reuocatæ sint. Hunc Deum immortali memoria me honorare profiteor. Hunc liquida & pura mente celissima in sede locatum, uidissime contemplore.

Contra idola, & de Dei glorificatione.

C A P. X.

HVnc humi procumbens inuoco : omnem sanguinem, execrandum & odores ingratos ac detestandos abhorrens : omnem terrestrem è sacrificio flammarum fuggiens : quibus omnibus turpiter pollutus nefandus & inexplicabilis error, multas gentes & totas ferè nationes ad profundissima tartara proiecit. Nam quæ huius vniuersitatis Deus ad humanæ prouidentiæ necessarium usum benignitate quadam sua in lucem addidit: hæc ad cuiusque cupiditatem rapi nullo modo patitur, puram solummodo mentem & animum omni labe vacantem ab hominibus flagitat : quibus ille virtutis & pietatis actiones ponderat.

Bonis

Bonitatis enim & mansuetudinis officiis placatur : comple
 etens mites : turbulentos auersans : amans fidem, coercens
 infidelitatem : omnemq; cum superbia iunctum domina-
 tum perrumpens : arrogantium vim reprimens, quos fastus
 extulit de solio deturbans : humiles & iniuriarum perferen-
 tes iustis praemii afficiens. Eodem modo iustum etiam im-
 perium magni faciens suis subsidiis & opibus communite-
 regiamq; prudentiam pacis tranquillitate conseruat.

Contra tyrannos & persequutores, & de captio-
Valeriano. CAP. XI.

Minime sane errare mihi videor, frater mi, si huc solum
 Deum profiteor omnium ducem & parentem : quem
 multi hic cum imperium tenerent : insanis erroribus
 agitati, respuere & aspernari conati sunt. Sed horum tam a-
 cerbus exitus fuit, ut omnium mortalium iudicio, illorum
 calamitates, exempli loco proponerentur similia scelera
 persequenteribus. In hoc numero illum unum fuisse arbi-
 tror, qui diuina ira tanquam aliquo fulmine ex hoc loco
 deiectus : in vestras oras delatus est: patefacto de sua famo-
 sa turpitudine triumpho nostro. Sed illud bene cecidit,
 quod nostris potissimum temporibus in eiusmodi sacrile-
 gos tale supplicij exemplum aeditum sit.

Quod persequitorum casus viderit, & quod nunc pa-
cato animo sit, parta Christianis pace &
tranquillitate. CAP. XII.

NAM & mihi contigit nonnullorum exitus animad-
 uertere : qui paulo ante populum Deo consecratum
 nefandis edictis perturbauerant. Quapropter immor-
 tales Deo gratias ago : quod singulari prouidentia vniuer-
 sum hominum genus, qui diuinam legem colunt ac ve-
 nerantur : restituta pace, incredibili laetitia & voluptate af-
 ficitur. Ex quo facile mihi persuadeo optimo tutissi-
 moque statu omnia collocata esse : cum per eorum castam
 & acceptam colendi Dei rationem, & ipsorum inter se
 de diuina natura confessionem, omnes ad se Deus rapere
 & colligere dignetur. Hunc praeclarum hominum cōcūm

Oo 4 Chri-